



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 27. Legatorum Orientalium accessus ad Regem Galliæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

**Sæcul. XV.** tritus, probe cognosceret, quod Fridericus  
A.C. 1461. nil aliud quæreret, quam Moguntinæ Ecclesiæ ruinam, quapropter jus suum penitus Adolpho cessit, & obtenta per Pontificis Nuntium absolutione, privatam duxit vitam, demum vero Anno Domini millesimo quadragesimo octogesimo secundo obiit. Aliorum Scriptorum testimonio discimus, quod Dietherus, postquam Adolphus Anno Christi millesimo quadragesimo septuagesimo quinto deceperat, a Canonicis denuo in Archiepiscopum fuerit electus, atque sex omnino annos Moguntinam rexerit Ecclesiam, tandem vero in pace vitam finierit.

### §. XXVII.

#### *Legatorum Orientalium accessus ad Regem Galliæ.*

Hoc anno in Mense Mayo illi Orientalium Legati, quos Papa ad solicitanda adversus Turcas auxilia in Franciam decreverat, ad Carolum VII. perveniunt, una cum Prælato ex Ordine Minorum, qui se Patriarcham Antiochenum nominabat, & Joannis Presbyteri Orator credebatur. Hi obsequia sua Regi deferunt, eundem Christianissimum vocant, simulque exponunt, a Turcis totam eorum regionem propediem subactum iri, suppe-

suptetias igitur adversus hosce infideles Sæcul. XV.  
 perdemisse efflagitant, atque asserunt, A.C. 1461.  
 plus profuturos duos belli Præfectos ex  
 Gallorum gente, quam numerosissimum  
 ceterarum Nationum exercitum. Ast  
 votis Legatorum nihil datum, præpedi-  
 ente id subitanea Regis infirmitate. Ce-  
 terum Papa, cum ex multorum relatione  
 comperiret, quod hic Franciscanus æque  
 ac ejus socii insignes essent fraudum Ar-  
 chitecti, illos (\*) e Francia reduces du-  
 riis exceptit. Cum vero idem Mona- *Æn. Sylv.*  
 chus Venetiis appulisset, a quibusdam *ep. 376. & seq*  
 Præfulibus doli ignaris obtinuit, ut in  
 Sacerdotem, & Episcopum consecrare-  
 tur. Re comperta Pontifex absque mo-  
 ra datis ad Patriarcham Venetum literis,  
 deceptorem in vincula conjici, atque ad  
 se pertrahi jussit; ipse vero propere arre-  
 pta fuga criminum suorum poenam una  
 cum sociis evasit. Horum exemplo edo-  
 ctus Pontifex, ex Oriente adventantibus,  
 haud adeo faciles amplius aures præ-  
 buit, nec eos nisi caute explorata eorum  
 integritate ad alloquium admisit.

*Monstrelet.*  
*Vol. 3.*  
*Maier l. 16.*

### §. XXVIII.

(\*) Ab hac calunnia Ludovicum vindicat P.  
 Pagius in suo Breviario historico tom. V. ad  
 annum 1461. num. 47. cuius fabulæ solus Ge-  
 helinus architectus exsilit.